The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Discere x

cum fonte primo

Quid est stultius quam quia diu non didiceris non discere?	quid autem stultius est quam quia diu non didiceris non discere?
	‘Quid ergo? idem faciam quod trossuli et iuvenes?’
	Bene mecum agitur si hoc unum senectutem meam dedecet:
Omnis etatis homines scola admittit.	omnis aetatis homines haec schola admittit.
	‘In hoc senescamus, ut iuvenes sequamur?’
	In theatrum senex ibo et in circum deferar
	et nullum par sine me depugnabit: ad philosophum ire erubescam?
Tamdiu discendum est, quamdiu nescias.	Tamdiu discendum est quamdiu nescias;
Si prouerbio credis, quamdiu uiuas;	si proverbio credimus, quamdiu vivas.
	Nec ulli hoc rei magis convenit quam huic:
	tamdiu discendum est, quemadmodum vivas quamdiu vivas.
	Ego tamen illic aliquid et doceo. Quaeris quid doceam?
eciam seni discendum est.	etiam seni esse discendum.
Seneca LXXVI. epistola.	Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 76.2-3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.237, ll.3-13).